

4862 Salisani in ecclesia parochiali supra portam sacristiae MAROCCO, STEVENSON.

P · GAVIENI · P · ET · t. l. ARISI  
GAVIENA · P · L · FAVSTA  
P · GAVIENI · P · L · QVARTION  
VETTIAE · O · L · PRIMAE

Recognovit Stevenson. Marocco 3, 70.

1 P · ET · IARISI · ID · STEV. — Marocci mendas praetereo.

4863 cista ornata. Poggio Catino in ecclesia parochiali pro aqua lustrali.

D · M · N GERGENIA · sic  
LAURENTINA  
VIXIT · ANNOS · XI  
M · X · D · XXV · F · M · FIL

Recognovit Stevenson. Marocco 1 p. 173 ed. 1828, 2 p. 21 ed. 1833; Pellegrinius dedit Henzeno.

1 legi posse aut NC · aut NG adnotavit Stevenson. Quid significetur, nescio, nisi adquiescimus in explicatione *d(is) M(a)n(ibus)*.

4864 Montopoli in aedibus Iosephi Augetti avunculi mei una cum altero titulo Graeco: ΤΗΚΑΛΗΤΟΥΤΙΑ, sub quo item cernitur columba RICCOM. Frustra quaesivit STEVENSON.

HALICIAE · Se  
VERAE · MATRI  
ET · NVTRICI  
DVLCISSIMAE  
5 FEMINAE · B · M  
columba

Servavit Riccomannus in epistula a. 1769 scripta inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 365.

1 fin. SF traditur. — Mirum est columbam cerni sub titulo ipso vix Christiano; vide ne falsus sit ex urbe advectus.

4865 alla Palombella (inter Mompeo et Salisano) in uno sepulcrorum eorum quae ibi dextra laevaue duplici ordine cernuntur CHAVPY similiterque MAROCCO. Frustra quaesivit STEVENSON.

PASSIDIENAE  
P · L · CLYMENE · ET  
MEGISTE · FILIAE  
FECIT · HIMER

Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 132 (inde Sperandio Sab. p. 343 cf. p. 40); Marocco 2, 95.

Versus continuat Chaupy. — 1 PASIDIENAE, 2 CLYMENAE, 3 MEGISTAE Mar.

4866 parva tabula. Mompei nuperrime rep. in loco q. d. *Maialino* CHAVPY 1769. Est ibi in domo marchionis Patrizi.

PETILLIA · O · ET  
P · ÁTRI · L · ETHAERA  
V · P · ATRIVS · P · L · SVNEROS  
CONLIBERTAE · ET · SIBI ·

Recognovit Stevenson. Chaupy *maison d'Horace* 3 p. 133 (inde Sperandio Sab. p. 343); Marocco 2, 75; Gregorius Palmieri descripsit Henzeno.

4867 in rudi saxo Salisani in fronte domus cuiusdam in via primaria.

RONIO · C · L · PHILEMO<sup>ni</sup>  
POSTERISQVE · EIVS ·

Descripsit Stevenson.

4868 Montopoli olim rep. in loco q. d. Valle qui nunc est Antonii Tommasi; deinde Castelnuovi prope Farfam in domo Scoccia EROLI 1877.

DIS · MANIBVS  
L · SEPTIMIO · PRIMIGENO  
LIVIA · PARTHENIS  
COIVGI · BENEMERENTI  
5 FECIT

Eroli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1877 p. 7.

4869 Montopoli in una stalla del predio Giannotti-chiamata la Torretta RICCOM.; in via publica prope aedes Giannini et Constantini PALM. STEV.

DIS  
MANIBVS  
urceus C · SVETONIO patera  
CALLISTO

Recognovit Stevenson. Riccomanni, qui vidit a. 1766, inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 364 et inter Amadutiana ms. Savign.; Palmierius descripsit Henzeno.

4 CALLI/TO Stev.

4870 Poggio Mirteto rep. a. 1859 in praedio Caroli Tiburzi ACTA. *Territorio di Poggio Mirteto vocabolo S. Anzia presso Galantino* GWARD.

VITVDIA · L · F  
RVFA

Acta ministerii pontificii rerum ad commercium spectantium; Guardabassius vidit.

4871 litteris magnis et pulchris in agro Montopoli in ecclesia S. Stephani RICC. Frustra quaesivit STEVENSON.

LIT · D  
NATV

Riccomanni in epistula a. 1769 inter Gallettiana cod. Vat. 7929 f. 366'.

4872 rep. inter rudera suburbani Noniorum una cum n. 4855.

V · V · D  
ta BERNAM  
libertis liberta BVS · Q · SVIS

Riccomanni l. c. ad n. 4855.

## CII. TREBVLA MVTVESCA (Monteleone.) Tribu Fabia?

Trebulas tres quattuorve novimus, scilicet in Samnio eam de qua supra p. 262 diximus, nequaquam tamen certam; in Campania Trebulas Ballienses (vol. X p. 442); in Sabinis duas, Trebulam Suffenatem, de qua actum est p. 434. 451 situs incerti et, cuius iam titulos damus, Trebulam Mutuescam in ipsis n. 4880. 4885. 4893 (cf. n. 4894) dictam, Trebulam Mutuscam apud auctores omnes (Vergilius Aen. 7, 711: *manus oliviferae Mutuscae*; Plinius h. n. 3, 12, 107: *Trebulani qui cognominantur Mutusci*; Obsequens 42. 43), scilicet si libros sequimur. Appellatur item modo Trebula nude (Strabo 5, 3, 4: Τρήβουρα; index coloniarum p. 248), modo nude Mutusca (Vergilius l. c., ubi scholia recte adnotant Trebulam-intellegi, male hanc confundunt cum fluvio Trebia). Vici locum obtinuisse quo tempore Mummius consul Corinthum expugnavit, intellegitur ex titulo n. 4882. Postea municipii loco fuit teste non indice coloniarum deteriore (p. 258: *Tribule municipium: iter populo non debetur: limitibus Augusteis est adsignatus: finitur sicuti ager Curium Sabinorum*), haec enim translata ex indice Campaniae recensio melioris (v. vol. X p. 442) et temere relata ad hanc nostram fide carent, nec magis Strabone 5, 3, 4 p. 228: Τρήβουρά τε καὶ Ἡρητὸν καὶ ἄλλαι

κατοικίαι τοιαῦται κῶμαι μᾶλλον ἢ πόλεις ἐξετάζονται ἄν, quippe qui non tam de iure cogitet quam de specie oppidorum, sed titulo n. 4894, ubi municipium dicitur, aliisque non paucis rei publicae indicia prae se ferentibus. Magistratus fuerunt *octoviri* (n. 4889. 4890. 4895), quorum alii fuerunt *aerarii* (n. 4894 bis. 4896. 4900), alii *fanorum* (n. 4891. 4896), alii *aedilicia potestate* (n. 4891 passim. n. 4896). In corruptelis VIII VIR... SVIS (n. 4891) et VIII VIR DV... (n. 4883) quid lateat, ignoratur. Octovir quinquennialiciae potestatis non reperitur (cf. tamen n. 4883); *aedilis quinquennialis* n. 4892. 4902 (cf. n. 4889. 4890) utrum duos honores significet an unicum, ambiguum est. Iterationis ratio peculiaris in his octoviribus observatur, scilicet procedens una cum functionum mutatione et ut videtur incremento; exempli causa octoviratu aediliciae potestatis functus ad curam fanorum vocatus appellatur octovir iterum fanorum, ad curam aerarii octovir tertium aerarii; id quod secus est in quattuorviratibus iure dicundo et aediliciae potestatis. Hoc quoque proprium est octoviratu Trebulano, quod inveniuntur etiam octoviri nescio qui liberti (n. 4897). Praeterea habemus *sexviro Augustales* (n. 4894. 4893. 4897. 4901 cf. 4904), fortasse etiam *Augustales*

ad n. 4796. Legitur item apud Anonymum codicis Corvisierani p. 109 et in cod. Neap. XIV D 8 f. 3 et in cod. sem. Patav. 175, quem non habui collatum; pendent ab eodem exemplo. Praescribitur: 'in Maliano de Sabinis in ecclesia maiore'. Varia lectio haec est: 3 VIVVS Corv. Neap. — 4 EORVM om. Neap. — 7 EXIBVI Corv. Neap. — 9 VERITA Corv. Neap. — FECIT Corv. Neap. — 11 CONTRACTVS Corv. — AEQVS ut videtur corr. in AECVS Corv. — 12 PENTENTI Neap. — 13 COMVNIS Neap. — 14 AD HIC LAVDIS Corv. Neap. — 16 TALIA QVI Corv. Neap. — 18 QVICVNQVE FACIT Corv. Neap. — 20 SOLICITVS Corv. Neap. — 21 L-NERVSIVS-MITHEROS Neap., om. Corv.

ad n. 4800. Sero didici titulum referri item apud Cyriacum Parm. f. 76 (inde Marcanova Bern. n. 200, Mut. f. 67'; cod. Altemps. Chis. f. 24'), Alciatum Feae f. 20 (inde Choler f. 68), Siederum Mut. f. 70. Cyriacus locum non adscripsit, Romae collocat Altempianus, ad arcum Vespasiani Alciatus, Magliani Sieder. Sane probabile est vasculum hoc ut tot similia originem ducere ex urbe Roma.

6357 fistula plumbea rep. Asprae nella tenuta di S. Paranzano.

V · ANTONIA · C · L · PALLANTI

Ab imperito homine quodam descriptam acceptam a Bruzza ed. Lanciani *acque* p. 288 n. 585.

Traditur sic coniunctis scilicet exemplaribus duobus: ANTONIA · C · L · PALLANTI | V · ANTONIA · G · L · PALLANTI.

6358 litteris magnis. Ad S. Stephani (in agro Selcensi, mil. 1<sup>1</sup>/<sub>2</sub> a Selci, 3 a Gavignano) nell' altar maggiore al paliotto.

ARBITRATV  
VRBANI · HS · ↓ ↓

Galletti ms. (cod. Vat. 7912 A).

### CI. Inter Forum novum et Cures (p. 461).

ad n. 4862. Edidit Nardi apud Fiorellium *Not. degli scavi 1880 p. 254* legens 1 ut restitui ego. — 4 VETIAP · C · L.

ad n. 4864. Dele; est urbana aetatis christianae reperta teste Boldetto *cimiterj* p. 386 in coemeterio Callisti.

ad n. 4867. Edidit Nardi *Not. degli scavi 1880 p. 251*. — 1 PRONIO.

6359 Salisani in aedibus Hannibalis Oddi sub scalis in pavimento.

		ONIVS · L · L · / AB	
		LONIO · L · L · LABI	
		ONIAE · L · L · PRI	
		ARIS · ROGATU	
5		FECIT	

Nardi apud Fiorellium *Not. degli scavi 1880 p. 251*.

6360 prope Salisano rep. in fundo Vallecchia, est apud parochum.

DIS  
VLPIA · SABINA  
P · TEBANO · SA<sup>L</sup>  
STIANO · BENE ·  
CONVGI  
5 MERENTI · FECI  
T · CVM · QVA · VICS  
IT · ANNIS · XXX ·  
MAN

Nardi apud Fiorellium *Not. degli scavi 1880 p. 251*.  
3. 4 scr. SALLV|STIANO.

### CII. TREBVLA MVTVESCA (p. 463).

ad p. 464 col. 1 v. 14 scr. Poggio Mojano.

ad n. 4906. Nibby (*analisi* 2, 348) ait a. 1825 ad Monte Libretti inter rudera villae Romanae et statuas complures repertas esse et fistulas aliquot inscriptas C-BRVTTI-PRAESENTIS. Simul cum fistulis his teste Amatio (apud Lancianum *acque* p. 271 n. 437) prodierunt tegulae eodem nomine inscriptae.

ad n. 4926. Habet item Naudaeus apud Donium ms. (cf. ad n. 6364) f. 1, collocans 'Trebulae in agro Reatino nunc Montelione', legens 3 AELIAE.

6361. 6362 litteris pulcherrimis. Chiliom. II a Monteleone in loco q. d. il Castellano, ubi amphitheatri rudera cernuntur et ipsa Trebula antiqua vere videtur stesisse, in cisterna antiqua repperit marchio Arthurus Galletti-Cambiagi.

6361

ti. claudio ca	E S A r i
augusto	G E R m a n i c o
p	ONTIF · M a x i m o
c	OS · DE s

6362

		V L I A e		agrippinae
		ger		MANICI · CAES aris f
		ti. c		AESARIS · A u g u s t i n i
		d i u i		AVGVSTI / p r o n

Nardi apud Fiorellium *Not. degli scavi 1881 p. 245*.

6363 Trebulae rep. cum n. 6361. 6362.

u i R Q V I N q

Nardi apud Fiorellium *Not. degli scavi 1881 p. 245*.

6364 Podii Aemiliani in Sabinis (= Poggio Mojano opinor; praecedit n. 4931) in aede S. Martini.

D · CORNELIO  
P · F · SER · NASALI  
P · CORNELIVS · SABINVS  
P E S C E N N I A E  
5 D · L · F L O R A E

Naudaeus apud Donium (ms. cod. Marucell. A 188 in fine) p. 20.  
2 fortasse fuit NATALI.